

AB

153596





1. Baumgarten / J. J. J. Jac. / Inphi.  
tutionum Hermeneuticarum, Parti.  
cula prima, de Interpretatione  
Scripturae Sacrae. Halle, 1752.
2. IV Symbola Theotisca, Halle, 1752.  
Commentatio in
3. Versionem Theoticam Symboli  
Athanasiani; Halle, 1752.

005  
2

SIG. IACOBI/BAVMGARTEN  
COMMENTATIO  
IN  
VERSIONEM THEOTISCAM  
SYMBOLI ATHANASIANI

QVA  
P E N T E C O S T E

AD D. XXI MAL. 1667

NOMINE ACADEMIAE

INDICITVR.



HALAE, APVD IOANNEM IVSTINVM GEBAYER.

SIG. IACOBI BAVMGARTEN

COMMENTATIO

IN

VERSIONEM THEOTISCAM

SYMBOLI ATHANASIANI


QVA

PENITENTIAE

AD D. XXI MAI 1600

NOMINE ACADEMIAE

INDICITVR



HABET ARVE IOANNEM IUSTINUM GABLER





Q. F. F. Q. S.



**T**elam pertexturi, quam nuper admodum in festo *Pa-*  
*schae* indicendo orsi fuimus, communicabimus vo-  
biscum, CIVES AESTVMATISSIMI, symboli per-  
uetusti, quod vel a prima ineuntis formulae voce  
*quicumque* dicitur, vel eadem significatione *athanasianum* (1), qua  
aliud antiquitate pariter ac auctoritate superius *apostolicum* vocatur,  
versionem *theotiscam* ex *incerti monachi weissenburgensis catechesi*  
*theotisca seculo VIII conscripta*, atque a IO. GE. ECCARDO pri-  
mum edita (2) depromptam, nostrisque animaduersionibus nonnullis  
illustratam: vt non solum officii VESTRI cultusque supremo Spiritus  
sancti numini et beneficiis illius aeternitati profuturis debiti, ne-  
que minus venerationis erga sanctissimum trinitatis mysterium, cu-  
ius publicam et solemnem memoriam pii maiores cum *pentecoste* con-  
iunctam esse voluerunt, in rem VESTRAM commonefiatis; verum  
etiam a discriminibus obrectationum praemuniamini, quibus bene  
multi criminatores recentissimi id agunt, vt vel grauissima doctrinae  
*christianae* capita de tribus in vno Deo personis, atque de persona **CHRIS-**

(1) De quo copiosius disputatur tam in libro inscripto *Auszug der Kir-  
chengeschichte von der Geburt Jesu an*, part. 2 §. 222 p. 847 etc. quam in *den*  
*Erleuterungen der symbol. Schriften* p. 21 etc.

(2) Anno 1713, vbi haec versio p. 66-72 comparet.

STI *Deav Dewrov* in suspicionem adducant nouitatis originisque, si non a secessionibus sacris seculi XVI, scholasticorum certe litigiosis subtilitatibus ducendae, quas omnis et maiorum nostratium, et populi christiani vniuersi antiquitas secure feliciterque ignorauerit, vel hoc ipsum symbolum longe ipsis infestissimum, si minus falsitatis errorumque, at iniquioris saltem acerbitatis et duritiae satis speciose insimulent. Quae quantopere a vero rectoque aberrant, et quam praeuaricatorie perhibeantur, facile intelligetis si venerabile antiquitatis monumentum ea, quae tantae causae diribitores decet, attentione recognoueritis; quod ita se habet:

*So huuer, so uuilit gihaldan (3)*  
*uuesan, fora alth thurst ist, thaz*  
*er habe allicha gilauba (4).*

*Thia uzzar eogihuuelih alonga*  
*endi ganza gihalde, ano ibu in*  
*euuidhu faruurdhit (5),*

Quicumque vult saluus esse,  
ante omnia necesse est, vt teneat  
catholicam fidem.

Quam nisi quis integram in-  
violatamque serauerit, absque  
dubio in aeternum peribit.

Gilau-

Fides

(3) A radice *balden* seu *bakten*, *seruare*, vnde ipse CHRISTVS seruator *baktar* vocatur.

(4) Nemini rerum sacrarum vel mediocriter perito neque finis et destinationis confessionum publicarum ignaro difficile perspectu erit: 1) de necessitate morali hic sermonem esse, seu obligatione credendi, amplectendi obseruandique doctrinam diuinitus reuelatam; et 2) fidem catholicam seu vniuersalem neququam constituitur doctrinam, quam vel ad vnum omnes CHRISTVM professi sectantur, vel maior illorum pars, vel illi saltem, qui coetui suo nomen vniuersalis ecclesiae insolenter arrogant; sed quam quisque omni adhibito studio cognouerit ita diuinitus propositam esse in sacris litteris, vt ab vniuersis singulisque illarum intelligentibus perspicui et approbati possit ac debeat, negari saltem impugnarique sine praeuaricatione nequeat.

(5) De vocibus *faren*, *perire*, et *faruurdan*, *interire*, atque *faruurti*, *interitus*, conferti meretur et IO. SCHILTERI glossar. p. 287 et cel. IO. GE. WACHTERI gloss. p. 415. Ad argumentum vero huius enuntiationis nemo offendet, qui secum reputauerit, nihil hic pronuntiarum de terminis locutionibusque humanis, quibus doctrina diuinitus reuelata proponitur, atque a corruptione et persuasionem defenditur, neque multo minus de calamitosa ignorance aut dubitatione, sed de morosa et pertinaci abnegatione doctrinae pro vera et constituta diuinitus agnita, cuius vel totius vel partis alicuius nemo sciens volensque desertorem agit sine inestimabili salutis iactura. Quod luculentis oraculis MARC. XVI, 16; IO. XII, 47; XVII, 3; V, 22. 23; ROM. X, 9. 10. 11. 12 etc. III, 2. 3; V, 10. 12; 2 IO. 7, 9 - 11 aliisque bene multis effici potest.

*Gilauba an allichu thist, thaz einan Got in trinitte, endi thrinifsi in einiffi eremes (6).*

*Noh ni gimisgente thio gomoheti (7), noh thea cnuat ci teilente (8).*

Andher

A 3

Alia

(6) Neutiquam id volunt haec verba, ut vel doctrina hic proposita, omnique hac confessione comprehensa terminetur et circumscribatur fides christiana, exclusis penitus illis omnibus doctrinis, quarum nulla hic diserte mentio fit; vel utriusque numeri, trinitatis et unitatis, commemoratio eodem sensu et respectu ad Deum referatur et de eodem praedicetur, vel tres personae pro partibus totius, ad unum Deum componendum necessariis habeantur: sed id duntaxat affirmant, doctrinas de utroque numero licet diversimode ad Deum relato arctissime cohaerere, et indissolubili nexu copulari, atque ita pertinere utramque ad fidem catholicam, ut neutra ab homine sacrarum litterarum gnaro et intelligente salva illius integritate negari possit.

(7) Opportune commemorat ECCARDVS I. supra (2) excitato p. 145 etc. voci *gomoheti* in codice mscr. super impositam esse vocem *cowist* ad priorem, quae interpreti vel librario displicuerat, minus saltem satisfecerat, commodius explicandam. Neutra tamen linguae peritis reique exprimendae non ignaris approbabitur. Prior enim a *gomo*, *gamo*, *goman* deriuatur, quae voces etiam per c scribuntur, *como*, atque hominem seu virum proxime significant, quod ex residua compositione appellationis *sponsi, Brautigam*, satis apparet, unde *gomohet* et humanitatem et dignitatem atque praestantiam indicat; quod in SCHILTERI *gloss.* p. 185 etc. luculenter probatur. Posterior vero, si *cowiht* legeretur, aliquid, quidquam uniuerse significaret, a quo si distinguitur *cowist* vel *quiddidatem* ipsam, vel proprietatem indicaret. Rectius igitur rationes subdlexerunt, qui vocem latinam in rebus sacris doctrinisque diuinis retinere, quam inepte vertere maluerunt.

(8) Vocem ECCARDVS deriuatum inuit a *cniitten*, *connectere*, *copulare*, ut substantia connexion et compositione variorum illam constituentium finiatur. Rem prouidenter et circumspecte proposuit scriptor symboli, facta substantiae potius, quam essentiae mentione, ne lectores ipsa voce personae inducantur, ut existiment extra se inuicem subsistere res personas diuinas atque adeo vel totidem substantias efficere, vel totidem partes vnus substantiae compositae et tripartitae.

Andher ist giuiffso gomaheit fa-  
teres, andher sunes, andher thes  
heiligen geistes (9).

Ein ist gotchundi, gilih diu-  
ridha (10); eban euwig crast.

Huueolih fater, sulih sun, sulih  
ther heilogo geist (11).

Vngiscassan fater, ungifcaf-  
fen sun, ungifcassan endi ther  
heilogo geist (12).

Euwig fater, euwig sun, euwig  
heilogo geist endi thoh nalles thri  
euwige; uzzar eiber ist euwiger  
(13).

So nalles thri ungifcassene, noh  
thri ungemezzene. uzzar eiber ist un-  
gifcassaner, endi eiber ungemezze-  
ner (14).

Alia est ergo persona patris,  
alia filii, alia spiritus sancti.

Vna est diuinitas, aequalis glo-  
ria, coaeterna maiestas.

Qualis pater, talis filius, talis  
spiritus sanctus.

Increatus pater, increatus fi-  
lius, increatus etiam sanctus spi-  
ritus.

Aeternus pater, aeternus fi-  
lius, aeternus sanctus spiritus,  
et tamen nequaquam tres aeter-  
ni, sed vnus est aeternus.

Sicut nequaquam tres increati,  
nec tres immensi, sed vnus est in-  
creatus et vnus immensus.

So

Simi-

(9) Non igitur solo nomine differunt personae diuinae, neque operationibus  
externis duntaxat, quas singulae sibi attribuunt: sed internis et actibus et  
exinde oriundis relationibus notisque hypostaticis seu personalibus.

(10) *Diuri* et *Diurida* a *diur*, *carus*, *theuer*, cui magnum pretium statuen-  
dum est, aliorum existimationem significat, qua gloria absoluitur.

(11) Haec symboli particula vt consecutio proxime praegressae intelligi de-  
bet, atque adeo ad diuinitatem seu essentiam diuinam spectare, gloriam  
et aeternam maiestatem, quae singulis aequaliter competit, salua differen-  
tia peculiari, qua distinguuntur.

(12) Vel interpretis vel librarii incuria, ea symboli particula hic desideratur,  
quae in textu ita exprimitur: *immensus pater, immensus filius, immensus  
spiritus sanctus*; atque per ea, quae sequuntur, sic verti debuissent, *ungi-  
mezzen fater, ungamezzen sun, ungamezzen heilogo geist*.

(13) Rectius forte, saltem vsitatus, hic et in sequentibus *uzzan* poneretur  
pro *uzzar*, de quo *SCHITERY gloss.* p. 822 conferri meretur.

(14) Haec symboli particula aequae ac praegressae, de increatis tribus aut im-  
mensis et aeternis *substantiue* loquitur, non *adiectiue*, quae insigniter  
disparata sunt; qua distinctione omnis contradictionis species euanescit,  
quae requirit, vt idem affirmetur et negetur eodem significato.

So sama almahtigo fater, almahtigo sun, almahtigo endi heilogo geist.

Endi nalles thoh thri gota, uzzar einer ist got (15).

So sama truhtin fater, truhtin sun, truhtin heilogo geist.

Endi thoh nalles thri truhtina, uzzar einer ist truhtin (16).

Huanda so selp emezem: eina eoghwaeticha gomahit, got endi truhtin ci gighanne fona thera Christinheiti uuar nisse ginotames (17).

So sama thri gota erdho truhtina ci quedenanne thiurehtia christinheiti jar biuuit, erdho biuuerit (18).

Fater

Pater

(15) His duabus symboli particulis ea quae praecedunt, affatim et luculenter explicantur, ut nullus dubitandi locus relinquatur de veritate distinctionis supra (14) commemoratae.

(16) Disperere necesse est omnis suspicio contradictionis, cuius a veteratoribus nonnullis infimulantur hae formulae, si vera illorum interpretatio teneatur. Quod si enim et Patrem deum dominumque supremum vocamus, et filium et spiritum sanctum eadem denominatione insignimus, praecedentem scripturam sacram secuti, nequam id volumus, ut singulas has personas separatim et seorsim a reliquis DEVM seu ens numenque supremum absoluere, efficere et constituere existimemus, sed singulas aequaliter pertinere, referrique debere ad ens necessarium et supremum seu Deum, qui vnicus duntaxat, atque numerice vnus esse, neque multiplicari potest.

(17) De verbo *gehan*, *giban*, *jehen*, *confiteri*, unde *bigichte*, *beichte* confessio derivatur, tam ab *BOCARDIO* l. c. p. 157, quam in *SCHILTERI* gloss. p. 349. etc. vberius agitur, vbi etiam p. 836 *uuar nisse*, *veritas*, explicatur.

(18) Verbum *queden*, *dicere*, *vocare*, *narrare* etc. copiose illustrat *cel. WACHTERVS* gloss. p. 1222; *biuuerien* seu *biuueren* vero *defendere*, *custodire*, *prohibere* *SCHILTERVS* gloss. p. 118 et 347. etc. Christianitatis auctoritas eadem est, quae doctrinae christianae in sacris litteris diuinitus constitutae; unde nullum hic ecclesiae imperium tribuitur, neque hominibus ius vindicatur decidendi de mysteriis.

Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens etiam spiritus sanctus.

Et nequaquam tamen tres Dii, sed vnus est Deus.

Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus.

(Et tamen non tres domini, sed vnus est dominus.)

Quia sicut singulatim vnquamque personam Deum et dominum confiteri ex christianitatis veritate compellimur.

Ita tres Deos aut dominos dicere vera christianitas prohibet aut inhihet.

*Fater fona niu uihti ist gitan, noch giscassan, noh giboran (19).*

*Sun fona fater eiuemo ist, nalten gitan, noh giscassan, uzzar giboran (20).*

*Heilago geist fona fater endi sun nalles gitan, noh giscassan, noh giboran, uzzar asfaran (21).*

*Einer giuuißo fater, nalles thri fatera; einer sun, nalles thri suni; einer heilago geist, nalles thri heilago geista.*

*Endi in thesene thrinissi niuuiht eriren, erdho afteren; niuuiht meren, oerdho mimeren (22).*

*Suntar allo thrio heiti eban euuige im sint, endi eban giliche (23).*

So

Pater a nemine est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius a patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Sanctus spiritus a patre et filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo pater, non tres patres; vnus filius, non tres filii; vnus sanctus spiritus, non tres sancti spiritus.

Et in hac trinitate nihil prius, aut posterius; nihil maius (aut minus).

Sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales.

Ita

(19) Postrema negatio latius hic sumitur, vt omnem internam et necessariam communicationem essentiae diuinae ab alio factam patri abiudicet.

(20) Hac oppositione lectoribus cauetur ab errore confundendi generationem aeternam et perennem cum productione et procreatione transeunte, qualis in res contingentes, minime vero in ens necessarium cadit, cuius existentia necessario competit.

(21) Eadem hic sollicitudine processio aeterna spiritus sancti a patre filioque distinguitur non solum a generatione filii a patre, verum etiam a creatione et confectione.

(22) *Erdho* idem significat, quod vsitatus *edho*, vnde *oder* descendit: *after* apud *Anglos* adhucdum obtinet; apud nostrates in compositis *aftergeburt*, *afterreden*, et similibus remansit. Argumentum huius particulae eo spectat, vt omnis inaequalitas vel perfectionum entis necessarii et supremi, vel perennitatis, vel dignitatis et gloriae in personis diuinis negetur, quae ex ordine illarum aut actibus internis et personalibus inferri nequit. Cuiusmodi *10. X*, *29* et *XIII*, *28* nevtiquam refragatur, vbi et de legatione officioque mediatoris, et de humana *CHRISTI* natura sermo est, qua omnino inferior est patre, licet diuinitate cum eodem per *c. X*, *30* vnum plane sit, non vnus.

(23) Vocem *heiti* non detruncatione priorum syllabarum vocis *gomabetti*, sed seorsum per se personas significare ex *SCHILTERI* gloss. p. 443 etc. apparet. Formulam versionis commodiorem esse reique convenientiorem ipso textu, nemo inficiabitur, qui secum reputabit aequalitate et similitudine

So thaz ubaral, so giubanagi  
quetan ist, thaz thrinissi in ein-  
nisse, endi thaz einnissi in thrinissi  
ci erenne si (24).

Ter uuli giuuiſſo heil uueſan, so  
fona thrinisse henge edho farſtan-  
de (25).

Suntar notthurf ist ci euuigeru  
heili, thaz insleisniffe gihuuelih  
truhtin unſeran heilantan Chriſtes  
gärruulicho gilaube (26).

Ist giuuiſſo gilauba rehtiu, thaz  
uuir gilaubames endi bijehames,  
bithiu truhtin unſer heilanto Chriſt  
Gotes ſin, Got endi man ist (27).

Got ist fona cnuati edho ſaman  
uuiſti fateres, er uueroldem gibo-  
ran

Ita vt per omnia, ſicut iam  
ſupra dictum eſt, trinitas in vni-  
tate, et vnitas in trinitate vene-  
randa ſit.

Qui vult ergo ſaluus eſſe, ita  
de trinitate ſentiat vel intelligat.

Sed neceſſarium eſt ad aeter-  
nam ſalutem, vt incarnationem  
quoque domini noſtri *Ieſu Chri-  
ſti* fideliter credat.

Eſt ergo fides reſta, vt creda-  
mus et confiteamur, quia domi-  
nus noſter *Ieſus Chriſtus* Dei fi-  
lius, Deus et homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtantia aut con-  
ſiſtencia patris ante ſecula genitus,

B

et

tudine perſonarum diuinarum omnium non euerſi veram earundem di-  
ſtinctionem, quae locum habere non poſſet ſine aliqua diſſimilitudine ſeu  
differentia notarum perſonalium; vnde ſingulae perſonae totae eſſentia  
duntaxat, aeternitate et dignitate ſimiles atque aequales ſunt.

(24) *Giu* et *obanagi* reſtius pro duabus vocibus habentur, quae iam et *ſupe-  
rius* ſignificant. Veneratio trinitatis in vnitatem, et vnitatis in trinitate ve-  
nerabunda approbatione vtriuſque doctrinae diuinitus manifeſtae abſolui-  
tur, tam verae diſtinctionis trium perſonarum diuinarum, quam vnus  
eiusdemque eſſentiae, quae ſingulis perſonis aequaliter competit.

(25) De voce *hengen*, *hängen*, quae *conſentire*, *approbare*, *permittere*, *ſen-  
ſire* etiam et *exiſtimare* ſignificat, ECCARDVS l. c. p. 158, SCHILTE-  
RUS p. 450 etc. et cel. WACHTERVS p. 659 conferendi ſunt. Veſtigia  
illius in composito verbo *verhängen* apparent. Altera vox appoſita epex-  
egetice priorem ita explicat, vt verſio ad paraphraſin accedat. Argumen-  
tum ipſum huius particulae a difficultatibus vacat, ſi eadem ratione intelli-  
gitur, qua duo prima ſymboli capita ſumenda pariter ac proxime confe-  
quens eſſe, ſupra commemorauimus.

(26) Incarnatio hic latius patet, vt per *metonymiam* et *ſynecdochen* omnem  
doctrinam de CHRISTO praefitaque ab ipſo ſatisfactione ad Deum ho-  
minibus conciliandum comprehendat.

(27) Inſerta textui mentio *ſeruatoris* ab interprete ſinem opportune designat,  
cui deſtinata fuit incarnatio omniſque huius perſonae incomparabilis ap-  
paratio.

ram, endi man ist, fona enuati muater in uuerolt giboran (28).

Thuruhtigan Got, thuruhtigan man, fona selu redhiasteru, endi mennisginimo fleisge untaruuesenter (29).

Ebaner fatere after gotcundnisse, minniro fatere after mennisgi (30).

Ther thoh thiuiidero si got endi man, nalles zuene thiuiideru, suntar eino ist Christ (31).

Einer auur nalles gibuerbithu thera gotcundhi in fleisg, sundar arhabani, thera mennisgi in gode (32).

et homo est ex substantia matris in seculo genitus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens.

Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem.

Qui licet sit Deus et homo, non duo tamen, sed vnus est Christus.

Vnus autem, non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus

(28) Vnam rectius vocem compositam faciunt voces *samar uuisti*, *das beisammenseyn*, quae hic complexum eorum, quae aliquid constituunt, non inepte significat. *Werold* seculum recentius *Welt* peperit, teste *Anglorum World*. Generatio CHRISTI a patre ita hic comparatur cum generatione a matre, ut utriusque veritas et proprietates constet, discrepantia vero nequaquam negetur, quae praeter memoratam aeternitatem illius, huius vero circumscriptionem temporis, in eo potissimum consistit, ut prior illa omnem substantiae multiplicationem excludat, quae in ens necessarium et infinitum non cadit.

(29) *Redbe*, quod *Belgae* retinuerunt, *rationem* aequae ac sermonem olim significauit, eadem homonymia cum *graeorum λόγος*: vnde *redbiasteru*, *rationalis*, deriuatur. Ad perfectum hominem compositio partium essentialium, quibus constat, recte refertur; sine necessaria tamen subsistentia peculiari, quae personam constituit, atque salua perfectione veri hominis a CHRISTO abesse potuit, cuius humanitas nunquam seorsum a diuinitate exsistit.

(30) Quod ea illustrant et confirmant, quae supra (22) disputantur.

(31) Nisi prius *thiuiidero* redundat, particulae loco ponitur *dawider*, *dagegen*; posterius vero adiectiue sumi videtur, pro *verschiedene*, ne duo distincti et dispares, sed vnus tantum CHRISTVS esse, statuatur.

(32) Vtramque vocem, *gibuerbitu*, *conuersionem*, a radice *uerben*, et *arhabani*, *adsumtionem*, quae non ex *erheben*, sed *erben*, *arhaben*, deriuatur, copiose illustrat ECCARDVS l. c. p. 158 - 166. Haec assumptio humanitatis, licet non omnem illius conuersionem excludat, ut, quae perfectior euadere euehique potuit, nullam tamen ipsius euerfionem aut conuersionem essentiae absorptae et penitus sublatae infert vel admittit.

Einer giuuiſſo nalles gimireniſſi  
thera enuati, ſuntar einniſſi thera  
heiti (33).

Thoh ſofama ſo thiu ſela redbi-  
haſtiu endi lichamo einer iſt man, ſo  
got endi man einer iſt Chriſt (34).

Ther gimartorot iſt bi heili un-  
ſera, niſtharſteig ci helliuuizze, en-  
di arſtuant fona totem (35).

Viſſeig ci himilom, ſizzit ci ce-  
ſuun gotes fateres almahtiges.

Thanan cumſtiger ci ruananne  
lebente endi tote (36).

Ci ther cumſti alle man ci ar-  
ſtandanne eigin mit lichamon iro  
(37).

Endi geltanti ſint fona gitatem  
eiganem redina (38).

Endi thie gouat datun, ſarent  
in

Vnus omnino non confuſione  
ſubſtantiae, ſed vnitae perſo-  
nae.

Nam ſicut anima rationalis et  
caro vnus eſt homo, ita Deus et  
homo vnus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalute no-  
ſtra, descendit ad inferos, et re-  
ſurrexit a mortuis.

Ascendit in coelum, ſedet ad  
dextram Dei patris omnipotentis.

Inde venturus eſt iudicare vi-  
uos et mortuos.

Ad quem aduentum omnes ho-  
mines reſurgent cum corporibus  
ſuis.

Et reddituri ſunt de factis pro-  
priis rationem.

Et qui bona egerant, ibunt in  
B 2 aeter-

(33) Vox ſubſtantiae hic ſignificat eſſentiam peculiarem et diſtinctam vtrius-  
que naturae, ſine duplici perſonalitate, quae poſtremis huius particulae ver-  
bis diſſerte negatur.

(34) Haec comparatio vnionis hypoftaticae duarum naturarum CHRISTI  
cum vnione naturali animae et corporis in homine neque inepta eſt, ne-  
que foecunditate deſtituitur, vltra limites tamen, quos tertia comparatio-  
nis vocare ſolemus, extendi nequiquam debet.

(35) Nimum coarctaretur ſenſus huius formulae, ſi commemoratio ſalutis  
noſtrae, cuius parandae cauſſa CHRISTVS afflictiones perpeſſus eſſe dici-  
tur, ad voces praegreſſas excluſis conſequentibus referrentur, ſibi enim ſuis-  
que commodis nihil omnino illorum opus fuit, quae his enarrantur.

(36) Suſpicatur ECCARDVS l. c. p. 167 vitio librarii ruananne poſitum eſſe  
pro ſuananne, cum verbum ſuanen, ſunen vſitatus ſit ſignificatu iudican-  
di; ipſe tamen non inſiciatur verbo runen et ruanen ſignificatum dirimen-  
di, ſecernendi, iudicandiſque competere, licet rarius obuium.

(37) Vox eigin non adiectiua eſt, ſed verbum, quo formula textus latini ad  
litteram redditur, ad cuius aduentum omnes homines reſurgere habent,  
quum eigen, habere, tenere, poſſidere ſignificet.

(38) De verbi gehen, keltan, ſignificatu reddendi, tribuendi, vnde geld non  
incommode deriuatur, exempla proſtant apud ECCARDVM l. c. p. 168,  
SCHILTERVM p. 351 etc. et cel. WACHTERVM p. 533 etc.


*in euuig lub: endi thie ubit datun* aeternam vitam; et qui mala ege-  
*in euuig fuir (39).* runt, in aeternum ignem.

*Thijū ist gilauba allichu, thionibi* Haec est fides catholica, quam ni-  
*eogih uuelihher triulicho endi f.lli-* si vnusquisque fideliter et firmiter  
*cho gilaubit, heit uesfan ni mag (40).* crediderit, saluus esse non poterit.

Plura non addemus, ne importuni videamur, de vetustissima maiorum nostrorum cura et sollicitudine imbuendi ipsam plebem distincta et accurata summorum capitum doctrinae christianae cognitione. Vestram nunc erit, CIVES EXOPTATISSIMI, qui Dei memores cupidique viuicis, haec omnia vestris animis et cogitatione ita comprehendere, vt intelligatis, quanti vestra interfit ea a vobis neque ignorari, neque multo minus contemni, rideri, atque vel inscients conuelli euertique, in quibus certa et indubia felicitatis mortalium aeternae spes nititur. Dignamini igitur grauissimas doctrinas de DEO, CHRISTO, SPIRITVQUE diuino, quorum expertibus vobis pereundum est, meditatione, assensione et veneratione vestra: atque hos in primis dies festos ita collocate, vt in sanctissimam spiritus diuini disciplinam concedatis, ipsiusque precibus vestris, si feriae sunt, facile exorandi operationibus intelligentiam animumque emendandum tradatis, atque hoc traductore et parario DEI gratia et familiaritate potiamini, eiusque numine praesentissimo et propitio, quo nemo mortalium impune destituitur, per omnem vitam reliquam, vt in rem vestram fruique felicissime consuefcatis. P. P. *Halae ad Salam, in academia Fridericiana d. XX Maii, seu ex fastis sacr. vigilia Pentecostes anni christiani clo 1o cc lli.*

(39) Eadem haec sunt cum diuinis oraculis ROM. II, 6-10. 2 COR. V, 10, aliisque pluribus: quam ob rem indubiae per sacras litteras doctrinae de salute nostra sola fide et propter vnum CHRISTI meritum, non propter opera bona, obtinenda nequaquam opponi possunt; de quibus seorsim ab origine sua consideratis, ne sermo quidem est, quum is demum bene agere, bonum facere, Deique voluntatem obseruare recte dicatur, qui ordinem salutis diuinitus constitutum, qui voluntatem diuinam euangelio pariter ac lege manifestatam comprehendit, amplectitur, approbat et obseruat, atque adeo per CHRISTVM Deo conciliatus sanctitati, officio, virtuti, operumque bonorum studio, operam nauat assiduam.

(40) De doctrinis hic propositis haec pronuntiantur, non de singulis terminis technicis, vocibus paraphrasibusque, quarum approbatio a perfecta conuenientia cum sacris litteris pendet: quas nemo, vt par et necesse est, animo assensu fiducia et obsequio complecti poterit, qui illarum gnarus et intelligens ipsas has doctrinas negauerit aut oppugnauerit.







153596

3

AB: 153596

X 2261989

188.





SIG. IACO  
COM  
VERSIONE  
SYMBOLI

P E N T

AD D.

NOMINI



HALAE, APVD IO

CAM  
II

E

ER.

